Vile etiam narrat Valerius de Sci-
pione li° 4to Insuper idem Valerius
narrat de Zenocrate philosopho quod cum
apud Athenienses esset puella
pulcherrima nobilium iuvenes promi-
serunt precium argenti dare si pos-
set corrumpere continenciam Zenocratis
At illa promisit Et si non pos-
set precium duplicatum restituere con-
sentit Nocte igitur ad Zenocratem ac-
cessit quem mutare non potuit
Mane igitur nunciavit Et nobilibus
petentibus precium restituit Non mirum
de statua prius posuerat sed de homine
qui dicat quod Zenocrates esset sue
inmobilitatis erat sicut statua Capitulum
decimum de fidelitate coniugum

Teste Hugone de sacramentis
libro primo parte xj capitulo viij°
quilibet eorum secundum coniugium de-
tenere fidem alteri Vir enim non
habet potestatem sui corporis sed uxor ut
eciam habetur primo Ad Corinthios vij°
Unde Ambrosius in suo exameron
Nolite viri querere alienum thorum
nolite confederari aliene copule
quia adulterium est Ita deus E-
vam fecit de costa Ade Atque ius-
sit ambos esse in uno corpore et in uno
spiritu vivere Cur igitur unum corpus
separas cur unum spiritum dividis Ad-
ulterium siquidem nature contrarium e-
nam bos et equus suos compares
diligunt Tradit enim Alexander
Nequam libro de naturis rerum quod
ciconia abhorret adulterium Nam
si femella ciconie alteri iuncta
fuerit tunc suus compar cum

ceteris maribus ciconiis ciconiam adul-
teram interimit Et narrat etiam
quomodo miles quidam ciconiam
adulterantem videat sed ad suum com-
parem rediens se lavabat
miles tamen impedivit ne post
adulterium se lavare posset Itaque
multis devenientibus ciconiis ipso
vidente ciconia adultera inter-
empta fuit Ecce igitur patet quod
natura fidelitatem coniugii postulat
Nempe quondam inter coniuges
maxima fidelitas viguit Narrat
enim Valerius libro vj° capitulo vij° quod
cum Ulpicia a matre sua Julia
diligentissime custodiretur ne vi-
rum suum in Sicilia captivum inse-
queretur ipsa tamen simulata veste
cum duabus ancillis et totidem servis
clandestine fugiens ad suum vi-
rum pervenit nec recusavit pro suo
viro captivam se facere ut con-
iugii fidelitatem observaret Narrat in-
super ibidem quod virum suum obsta-
te periculo mortis in sinu atque cubi-
culo custodivit si tamen comperti fu-
issent ambo protinus necati Item
narrat Solinus libro primo capitulo 6°
Ac etiam Tullius libro 7° in tuscu-
lanis questionibus quod in yndia licet
plures mulieres habeat unum
virum quod viro mortuo coram iudici-
bus accedunt atque contendunt que
ipsarum cum viro sepeliatur Illa quoque
feliciorem se putat que cum viro
sepeliri meretur Alie vero cum no-
ta infamie vivunt et pericula

http://dl.ub.uni-freiburg.de/diglit/hs161/0280
© Universitätsbibliothek Freiburg
gefördert durch Baden-Württemberg